

gebürtig bei Harmsdorf, Leipzig.

Von Hof Rathe D. Juchero beytragen zur jurist. Biographie III. p. 358. in aug-
num Nachriech von Inyhalbau Vindic. justitiae judicii reaperatorii a serenif. Princ.
Georgio Lud. Rud. coepti et a Ferdin. Alb. rerum juniumq. domanialium
Helmstadii a 1735 exerciti H. 1736 Stefan.

Max Hoernicke.
stud. theol.

23/Februar 1876.

Helmstadiensia.

Personalschriften für Angehörige der
Helmstedter Universität.

[Eine genaue Inhaltsangabe befindet
sich im alphab. Katalog unter dem
Ordnungswort Helmstedtensia.]



GRATVLATIONES
IN HONOREM DN.
ANTONII VVEISEN
VVERNIGERODENSIS, CVM
 illi in inelyta Iulij Iulia gradus Magi-
 sterij 26. Maij. Anno 1601, publi-
 cè deferebatur

RECTORE MAGNIFICO
ET SPECTABILI DECANO, VIRO
clarissimo Dn. Cornelio Martini Ant-
uerpio logices professore
publico.

Scriptæ ab amicis.



HELMÆSTADII,
 Typis Iacobi Lucij. Anno

1601.





Virtutem præceps exploratura parentum
Progenie in parua violenti fulminis ales
Cui superi imperiū facilis regnator Olympi
In reliquas permisit aues non ante tepenti
Exclusos ouo foetus educit amorem
Ni patrium solisq; fides, cœliq; corusci
Iudicium firmet, pullosq; absoluat hiantes:
Ergo illos, nitido si quando Phœbus ab ortu
Magnâ luce suos terris asperferit ignes,
Constanti iubet ore pati, stabiliq; micantes
Lumine ferre poli radios, qui lubricus acrem
Aspectum refugit solis, vultusq; retorquet
Morsibus eijcitur laceratus & vnguibus vncis:
At cuius patrium proiecta à sole vigorem
Indolem & egregiam & naturam flamma probauit,
Fulminis & regni iam rursus educitur hæres
Viuidus, vt sese metuat neq; credere cœlo
Nec fidus portare Ioui sua tela minister.
Te quoq; non aliter iam ponit in æthere Phœbus,
ANTONI, immiscetq; Dijs, te præmia doctæ
Laureoli frontis ieiuni à fece popelli
Lurida cui tantum placet ignorantia fucoq;
Illita barbaries facundæ dulce cerebrum est
Pallados, aut Phœbi parnasæi iecur ipsum,
Secernunt postquam varias Cornelius acer
Fertilis ingenij dotes, animiq; sagacis
Cum reliquis fuit expertus, dubiumq; manebat
Ingeniumne magis te commendaret, an illi
Egregij mores, & vitæ candor honestæ.
En age, cingentem rursus tua tempora laurum
Sume lubens, meritamq; tuâ virtute coronam.

*M. Ioannes Volfius Hom-
burgi-Altendorfius.*


A L I V D.

NEC vasto ponto, nec sua pericula terris
 Horret mercator, quo mille talenta rotundet.
 Non trepidat miles pugnas & praelia, vitæ
 Ambigua non prave prodigus, ut faciat rem
 Si rectè possit, si non, quocunq; modo rem.
 Largas præbet opes avidis iustissima tellus
 Agricolis, si pax sata læta boumq; labores
 Arceat à bellis procul, atq; à Marte profano.
 Non etiam desunt doctas sua præmia musas
 Qui coluere pia cura vigiliq; labore.
 Sed si quis posita trutinare bilance labores,
 Horum præualeat quodnam, præponderet omnis
 Sublato dubio, musarum pendula libra.
 Namq; & subsidium vitæ, comitesq; serena
 Pondere prægrandi portat virtutis honores.
 Nec tamen hoc pacto se quis virtutis ad arcem
 Venturum speret, ficta pietate relinquens
 Si diæ sophiæ studium, properabit ad aras,
 Atq; ibi conceptas memorabit pectore voces,
 Ingenio inuentas aliorum acriq; labore,
 Doctior haud multo, qui vertet vomere glebas
 Agricola sutureûe qui sit natus in urbe,
 Si sint instructi ratione modog; legendi.
 Quos contemptores musarum hæc pœna fatiget:
 Virtutem ut videant in tabescantq; relicta.
 Sed tibi VViseni melior sententia mentem
 Rexit, Thespiadumq; immisit tempesti lætis.
 Namq; ut apes tremulo cum complent murmure saltus,
 Ac vernos libant flores, & nectare cellas
 Distendunt hyemis memores venientis aquosæ:
 Sic tu scrutaris veterum monumenta sophorum.

*Hinc hauris cara praecepta salubria vita,
 Et nunc nobilium loqueris sermone Quiritum,
 Nunc vero Graios verbis imitare rotundos,
 Et modo in aérias defigis lumina sedes,
 Nunc numeros iuuat & terra describere tractus,
 Interdum pugil in fuluam descendis arenam
 Luctatore dato, rationibus atq; refutas,
 Summus Aristoteles quas fonte liquente propinat,
 Praeteritis batrachôn lacubus nugisq; sonoris.
 Ergo tibi viridi nectit de frunde coronam
 Phœbus, subscribunt musa, plaudente Minerva:
 Quam capiti imponit, vir mundi notus in oris
 Extremis, princeps qui scena exire coegit
 Ranarum turpes nugas, retulitq; triumphum.
 Quos sibi perpetuo felices gratior honores.*

Ioannes Lafardus.

ALIVD.


 Ic equidem ducebam animo, certoq; futurum
 Rebar vt æternæ te tandem frondis honores
 Mortalem liquidi vectum ad confinia mundi
 Miscerent superis, ne tantum nocte profunda
 Aufugiens seclis obliuiscens ætas
 Contegeret studium, & tantos Libitina labores
 Vno ictu abrueret. Quid enim? Sicinius ille
 Dentatus cunctis rerum immerfabilis vndis
 Cui frustra bello quisquam se contulit heros
 Cum res Romanas diro Bellona flagello,
 Quassans, corrueret violento turbine cuncta,
 Omne tulit punctum, armillis capitolia ad alta
 Et phaleris vulgi donatus non sine plausu,
 Hostica quod forti strauisset corpora ferro,

Imò.

Imò etiam erexit statuas sæpè Attica tellus
Et voluit fuluo corpus fulgere metallo,
Egregias ob virtutes & fortia facta,
Non te maiorem ferrem meruisse coronam
Cui Pallas finxit cor de meliore metallo
Et dedit assiduè niti præstantibus ausis
Curanti quicquid dignum sapiente bonoq; est?
Hinc etenim tantùm Musis operatus amicis
Perdus & pernox, riuos batrachônq; loquaces
Resisti linguas, & cum pars pessima, patris
Ingrata præclaram obliment ingluuie rem
Securosq; bibant surgente à sole cullos
Non hilum patræ curantes verbera linguæ,
Sponsi Penelopæ, seruum perus! ô animi te
Felicem nimis Antoni, qui talia Circe
Postula contemnens, innasti feruidus vndis
Permessi liquidis, inde vt sedaret orexin
Mens generosa suam sic rerum percipis omnem
Naturam, si dispositi quoq; fœdera mundi
Præscriptosq; tenes fines, qua lege moueri
Omnia cernamus, genitalia corpora, tellus,
Et tenues vndæ, quiq; vndis altior aër
Incubat & sursum volucres onerosior ignes
Pellit ceu varient mundum, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reparet natura figuras.
Quin turpem pertæsus humum, laticesq; profanos
Ausus es ingenio superùm tonitralia templa
Scrutari stellisq; ardentibus aëra fixum,
Vnde leues ventorum animæ? tantos quis & ignes
Flammarumq; globos iaculetur nubibus? vnde
Solis equi nunc primum alto se gurgite tollant
Nunc verò fessi Calpe Tartessia anhelent?

Atq; vt in hac esses hominum compage beatus
 Nec vitijs almam diuinæ particulam auræ
 Fædares, cinxisti alto munimine pectus.
 Hinc quid sit pulcrum, quid turpe, quid vtile, quid non,
 Quid faciens cæno possis euellere plantam,
 Cætera de genere hoc præclarè es doctus ad vnguem.
 Felices animas adeò quos æquus amauit
 Iuppiter, atq; ardens Sophies ad templa serena
 Euexit virtus, alios vbi cernere possunt
 Palantes veluti certo de tramite pellat
 Et labyrinthis in flexibus irretitos
 Veri circumducat inextricabilis error,
 Et quæ maiestas pridem subuersa iacebat
 Sub pedibus plebis magnum & lugebat honorem
 Quantas à bardis pænas sibi sumere fuerit.
 En tibi parta hederæ victricis præmia, quæ iam
 Ipse aut Latous vel certè filius, ille
 Flos delibatus doctum Phœbiq; medulla
 Corculum id Aonidum tribuit Cornelius: ô quam
 Gestiret mihi mens vehere vltra Amathusidos axem
 Illum, quaq; premit pulcerrima Neptunine
 Lucem, quaq; aperit: cupidum, Antoni optime, vires
 Deficiunt; quanquam quid ego huius dicere laudes
 Vellem? qui famâ repleuit vtrumq; cubile
 Solis iam pridem, totumq; superuolat orbem.

Arnoldus Engelbrecht V Verningerodensis.

A L I V D.



*Anti est, meorum prime sodalium,
 Spretis loquaci murmure riuulis
 Lymphas auere è fonte puro
 Ducere cum sitiente fauce.*

Tanti

6.

Tanti domare est mollis inertia
Monstrum & nefandam luxuria luem,
Cætuq; vulgares & vdam
Spernere humum fugiente penna.
Nam qui beatas Aonidum semel
Libavit undas, & penitissimos
Vidit recessus, pulchra quæuis
A tenero meditatur ungue.
Non hunc voluptas, non Veneris procaæ
Ardor, nec atri pectoris impetus,
Non impotens fului Cupido
Mente quatit solida metalli.
Multum beatas o animas quibus
Hæc posse donat flammeus ingenij
Ardor, beatumq; inter illas
Tete animi quater ampliusq;
In te ruens nam turba Nouensilis
Omnis bicornem deseruit domum
Et tot bonis ornauit vt mæ
Sapius inijceres stuporem.
Quid ergo mirum si tibi Itonia
Monstrat tiaram? cui neq; Sirius
Nocere possit, nec tremendo
Iupiter ipse ruens tumultu.
Et ille donat nobile Delphici
Qui lumen altis fulget honoribus?
Si Musa lato blanda vultu
Magnanimos animaret ausus,
Queis hunc leuarem ad sidera laudibus?
Sed vellit aures Cynthia, & vetat
Pimplæa nondum blanda laudes
Ingenij attenuare culpa.

Jacobus VVeisen VVernigerodensis.

A L I V D.



Am vides quanto cumulant honore
Iulij coetus celebris Lycæi
Candide ANTONI decus atq; dulcis
Aonidum flos.

I per obstantes iuuenum cateruas
Lætus ac magno quibus aduocaris
Gaudijs lucro fruere, atq; deme
Nubila fronti.

Hæc dies ventis tibi eat secundis:
Nam refert te Phylliridôn in album
Et supremo Guelphiados virago.
Ditat honore.

Hæc dies lætos animos requirit,
Hæc tenebrosa sine nube vultus,
Digna qui laudent Clarij petentes
Præmia sancti.

Dum tuum verò nitidum coronâ
Laureâ circum caput impeditus,
De nouo gratatur honore, & annos
Nestoris optat

Musa Reuberi, & varijs ad astra
Laudibus nomen recinit corusca,
Et precans poscit pia cœpta fausto
Numine cedant.

O decus nostrum, & soboles paternæ
Grata telluris satis, ô parentum
Dulce lenimen, mihi cuiq; salue
Fausta precanti.

*Joannes Reuberus
Osteruicensis.*

F I N I S.


35. Progr. in Fun. Stiliae Steinemannii, Com. Hronngs coniug. 1661.
 36. Bodomerii phil. et theol. stud. 1663.
 37. Fiedereri progr. orationis — a drausfelt praem. 1663.
 38. progr. in Fun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
 39. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.
 40. — — — puellae Joh. Rinnersi. 1666.
 41. — — — puellae Joh. Rinnersi. 1666.
 42. — — — An. Eleon. Meieri. 1666.
 43. Carmin. grat. ad Isenmannum. 1667.
 44. Ode in unitatem. 1678.
 45. Andr. Herm. Hellberg gratulantis Acad. Dulice prof. 1678.
 46. Progr. Henrici Wiedeburgi. 1680.
 47. Fest. nupt. Carp. Anolri Srambrecht. 1678.
 48. Lact. ac debit. officium ad unicum. 1678.
 49. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsum et — sponram. 1679.
 50. Progr. in Fun. matris. Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1681.
 51. Progr. Joh. Reupen. 1709.
 52. Progr. in Fun. An. Cath. Rinerichiae, Hornesii coniug. 1649.
 53. Progr. XII Nov. A 1693.
 54. — in Fun. An. Soph. Schmerhenniae, Sibh. Theod. Meieri vid. 1702.
 55. — Agnesae Krohnen, Carp. Torberi vid. 1712.
 56. Abvandenysanda abguldstram Voight.
 57. Progr. in Fun. Homburgi Sili. 1714.
 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
 59. Progr. in Fun. Carolif phil. stud. 1757.
 60. Memoria Toppii 1757.
 61. — Seideli. 1758.
 62. — Laur. Hepteri. 1758.
 63. De vita Frobesii. 1756.
 64. Gratia panegyri. in diem nat. prin. Frederici V, Caes. et
 65. De des priam equito. Progr. sac. Christi natal. his. 1762.
 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —


96
1233

— Nonnulla desunt —

ULB Halle 3
001 920 952








B.I.G.

Farbkarte #13



STVLATIONES
 NOREM DN.
 LI VVEISEN
 RODENSIS, CVM
 Iulij Iulia gradus Magi-
 nij. Anno 1601, publi-
 deferebatur

MAGNIFICO
 ILI DECANO, VIRO
 Cornelio Martini Ans-
 ologices professore
 publico.
 otæ ab amicis.



MAESTADII,
 obi Lucij. Anno
 1601.



5.

5

